



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

XIV. Iac. Sadoletvs S.R.E. Cardin. Gabrieli Paleoto Bononensi, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

lecta & instituta sanctissimè seruanda esse censeas: ut quæ hæc  
 que tibi a Deo data sunt, ingenij, doctrinæque munera, ad eos  
 quibuscumque videris, in fide & vera religione (quantum in te erit)  
 commendas, sedulo ut Christiano homine dignum est conferas.  
 Hæc profectò vna rectissima ad æternam salutem via est: hanc  
 qui mittunt, Deique & Ecclesiæ præceptis ac legibus obtempe-  
 rant, ad illam quæ Christianis hominibus proposita est felicita-  
 tem sine vilo errore perueniunt. Sed hæc ut voluntati tuæ obse-  
 queris, non quò te putarem de his rebus non optime & sentire,  
 & rectè scripsisse, iam attingi. Tu velim beneuolentiam erga me  
 tuam conferres: tantum que de animo & voluntate mea tibi pol-  
 licere te spondeas, quantum virtus & probitas, & vetus tuum  
 erga me studium postulat. Vale. Romæ, M. D. XLVI.

## XIV.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.

*Gabrieli Paleolo Bononiensi, S. P. D.*

ACCEPTA literas tuas, testes cum eius ingenij quod ego in te  
 Altissimum esse audio: tum etiam officij atque amoris, quem  
 ego optinam & clarissimum virum mortuum, quemque in me  
 vitam habere te ostendis: quorum vitumque nequaquam mihi  
 quodlibet præter opinionem accidit. Cognoui enim semper ve-  
 rum familiam cum ingenij & literarum laudibus, tum probita-  
 tem & in amicis obseruantiam, in ista ciuitate facile excellere. Que  
 præ propria & domestica ornamenta tui generis in te ipso non  
 tantum possidens, sed etiam cumulatam tibi confido atque opto.  
 Quod autem scribis in literis tuis, te arbitrari, collega mei, vel  
 vniuersi charissimi potius Petri Bembi Cardinalis, importuna  
 morte me grauitè afflictum, & prostratum iacere: non fallit in  
 sermone tuo. Nihil enim mihi potuit cœnare acerbius, quam  
 scilicet ab eo, cuius ego amicitiam fraternamque conjunctionem  
 quatuor & quinquaginta annos inuolatam tenueram: quem  
 prope ipsius præcitantissimas virtutes, summamque humanita-  
 tem, probitatem, suauitatem, singulari quodam & penè inaudi-  
 tum amore proferebar: quo cum eram omnibus & studiorum  
 erudicem, & voluntatum, tam in familiaritate & consuetudine  
 soluta, quam in ipsa Repub. vinculis & necessitudinibus as-  
 trictus: et eo mihi nunc erepto, solus planè, & ab omnibus mihi  
 solutus esse videar. Ex quo non possum non dolere casum meum.  
 Nam illum quidem lugere non esset fas. Cæte enim putes quen-  
 quam vquam vlla in genere, vilo tempore, vixisse tam beatè,  
 quam Petrus Bembus est mortuus, siue diuinæ in eum beneuo-  
 læ iudicia spectentur, siue humanæ. Quæ magna quidem  
 mihi

